

EO.

CCCCXLV.

benedictus fructus ventris tui. qui congruit quarte festiuitati. scilicet purificatio
 quod tunc obtulit illum benedictum fructum in templo. Quidam etiam faciunt quoniam
 festum. scilicet de conceptio beate marie dicentes quod sicut celebratur de morte san-
 ctoy. non propter mortem. sed quod tunc recepti sunt in nuptiis eternis. sicut propter cele-
 brari festum de conceptio. non quod sit concepta. quod in peccato est concepta. sed quod ma-
 ter domini est concepta. asserentes se fuisse reuelatum cuidam abbati in naufragio
 constituto. quod tunc non est authenticum. unde non est approbandum cum concepta fuit
 in peccato. scilicet per concubitum maris et femine. Vnde licet fuerit concepta in
 peccato dimissum est ei illud originale peccatum et sanctificata fuit in
 utero. sicut et hieremias. et sanctus iohannes baptista. quare merito natiuitas
 eius et beati iohannis baptiste celebrant. natiuitas dico ex utero quoniam videlicet
 in luce seu in mundo proderunt. Sed natiuitas eorum in utero. scilicet quoniam in
 fuisse anime in corpore eorum non celebratur ut premissum est. Sextum est fe-
 stum est festiuitas pientis. scilicet festum natalis. Sed quoniam tunc est et sit festum
 filij quod plenum erigit officium. id non solemnizatur de illa usque in octauas. tunc
 vero solemnizatur. sicut iam dictum est in prehemio. Septimum quoque festum est bea-
 te marie ad martires. de qua sub festo omnium sanctoꝝ dicitur. Quia vero festum
 purificatiois secundum hunc septime partis diuisione in ordine temporis alia festa
 virginis preedit. idcirco hic de illo dicamus. Est autem hodie duplex festum
 anna prophetissa et simeon obuauerunt beate marie venienti filium suum
 christum in templum offerre. proppatios enim grece dicitur obuatio latine. ab
 christum in templum offerre. proppatios enim grece dicitur obuatio latine. ab
 propter quod est ire. et anti quod est contra. quod aduentus domini in templum significat
 aduentum eius in ecclesiam et in mentem cuiuslibet fidelis anime que est tem-
 plum spirituale. Hunc aduentum predictum dominus per malachiam prophetam. in. Ecce ego
 mitto angelum meum et preparabit viam ante faciem meam et statim veniet ad
 templum sanctum suum etc. Vel dicitur proppanti. id est presentatio. ex eo quod chri-
 stus in templum est presentatus. Secundum quo ad pientem. et dicitur festum purificati
 omnis. quod beata virgo licet purificatione non indigeret. nec legi purificati
 omnis obnoxia teneret. quod nullo modo immunda fuit. nec pepit concepto
 semine. tunc voluit facere secundum preceptum legis. Dicit enim leuiticus. xij. Mulier si
 suscepto semine peperit mascululum immunda erit septem diebus. Immunda
 quidem erat a sortio hominum et ab ingressu templi. expletis vero septem
 diebus munda efficiebat quo ad sortium hominum. adhuc tamen usque ad diem
 xxxij. quo ad templi ingressum immunda erat. donec purgaretur iuxta
 ritum menstrui fluxus. Sed expletis. xl. diebus. die quadragesima templum in-
 trabat. et puerum cum muneribus offerebat. Si autem feminam pepisset tempus du-
 plicabat. et quod ad sortium et quod ad ingressum. sicut et duplicat quod ad cor-
 poris formatio. Nam in quadraginta diebus corporis masculi organizatur et